rij.aſſerant, hanc opin. quæ dici
tur fuiſſe Alber. Pap. eſſe com-
muniter reprobatam: illud ta-
men non eſt verum, niſi quate-
nus ipſe Alber. volebat ſimpli-
citer, & abſolute, quod teſta-
tor infirmitate grauatus non
poſſet ad alterius interrogatio-
nem teſtari. Hoc enim repugna
bat opi. gloſ. in d. l. iubemus. quę
proculdubio eſt magis commu-
niter approbata, vt ſuperius di
xi; ſed quatenus volebat opus
eſſe, quod ante interrogationem
appareret teſtatorem ita volu-
iſſe teſtari, certe opin. Alber. eſt
magis communis, magis æqua,
& magis tuta, & ideo his duo-
bus cócurrentibus, ſcilicet quod
teſtator ſit valde infirmitate
grauatus, & quod non conſtet
teſtatorem habuiſſe prius ani-
mum ita teſtandi, non eſſet ab
ea recedendum. Et ita ſecundū
iſtam opin. in facti contingen-
tia iudicauit Senatus in cauſa
Illuſtr. D. Marliani.
8 Quarto ſcias, quod ſi teſta-
tor iam aliud teſtamentum va
lidum, & ſolemne confeciſſet,
deinde faciat ſecundum ad alte
rius interrogationem; per hoc
e poſterius e illud primum non re
uocatur. Ita tenuit Paul. de Ca
ſtr. conſ. 155. in fi. lib. 1. & hæc
limitatio eſt magis cōmuniter recepta, vt atteſtatur Soc. iun.
in alleg. conſ. 133. n. 34. Et licet iſtæ limitationes videantur
ferè deſtruere ipſam concluſionem gloſ. & communem; ego
tamen eas conſulendo, & iudicando ſequerer intrepide, &
alijs ſequendas conſulerem, vt, quantum fieri poteſt, malitijs
hominum, & fraudibus occuratur.

e Per hoc poſterius il-
lud primum non reuoca-
3 tur.] Quod † teſtamen-
tum primum ſolemniter
confectum per ſecundum
ad interrogationem alteri
us factum non reuocetur,
tenent quoq; Ioann. Crot.
in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de
verb. oblig. Guid. Pap. cóſ.
64. in fi. Gabriel Roman.
comm. concluſ. li. 4. tit. de
teſt. conclu. 2. n. 8. & Graſ-
ſus d. q. 17. nu. 11. Verum
contrarium non improba-
biliter defendunt Roma-
nus conſ. 306. in 2. dubio.
Alexan. conſ. 33. n. 11. lib.
3. Decius conſ. 489. nu. 9.
Ruinus conſ. 12. n. 11. lib.
2. Menoc. de præſumpt. li.
4. præſumpt. 8. nu. 21. Fa-
chineus lib. 5. controuerſ.
iur. cap. 70. hoſq; laudans
Thadeus Piſo li. 1. variar.
reſol. c. 12. nu. 5. verſ. am-
pliatur quinto, &c. Cum
enim ex communi omni-
um Doctorum ſententia
teſtamentum ad alterius
interrogationem factum
valeat; nihil cauſæ eſt, cur
primum tollere non de-
beat, per textum ſatis a-
pertum in §. poſteriore. 2.
Inſtit. quibus mod. teſta-
menta infirmant.
Harprec.

QVÆSTIO XXXVIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Hodie legitima filio relinqui debet titulo inſtitutionis.*
2 *Et quid de iure Digeſtorum, & Codicis.*
3 *Et quid de iure Canonico.*
4 *Et quid in teſtamento inter liberos.*
5 *Et quid in teſtamento condito ad pias cauſas.*
6 *Et quid in teſtamento condito ab eo qui vult ingredi religionē.*
7 *Et quid in legitima quæ relinquitur filiæ feminæ.*
8 *Et quid in legitima aſcendentium.*
9 *Et quid ſi quantitas legitimæ ſit alterata ex diſpoſitione ſtatuti*
10 *Et quid ſi pater dicat, relinquo filio meo centum, an cenſeantur relicta titulo inſtitutionis.*
11 *Et quid ſi dicat, relinquo centum pro legitima, vel Falcidia.*
12 *Et quid ſi teſtator dicat, relinquo filiæ meæ centum pro dote.*
13 *Et quid ſi pater adyciat quod nihil vltra petere poſſit.*
14 *Et quid ſi teſtator iuſſerit teſtamentum extendi ad dictamen ſapientis, nunquid poterunt addi illa verba: titulo, vel iure inſtitutionis.*

Ex Additionibus.

1 *Legitima quid, & cur inducta.*
2 *Quo titulo hodie legitima relinqui debeat.*
3 *An & quatenus Nou. 18. c. 1. concilietur cū Nouell. 115. c. 3.*
4 *Cur liberis legitima præciſe inſtitutionis titulo ſit relinquenda.*
5 *Quo titulo legitima relinqui poſſit iure Digeſtorum, & Codicis*
6 *Quid de iure canonico.*
7 *Intellectus c. Raynutius 16. ext. de teſtam.*
8 *Et quid in teſtamento inter ſolos liberos condito.*
9 *Mens, & ſententia l. hac conſultiſſima, 21 §. 1. C. de teſtam.*
10 *Nam in teſtamento, ad pias cauſas confecto, legitima ſit titulo inſtitutionis relinquenda.*
11 *Quæ ſolemnitates iuris ciuilis in teſtamento ad pias cauſas ceſſant.*
12 *Quid obtineat in eo, qui vult ingredi religionem.*
13 *Vtrum ſicuti legitima in liberorum perſona eſt aucta, ita & legitima parentum aucta intelligatur.*
14 *Statutum in vno correlatiuorum diſpoſitum quoque videtur in altero.*
15 *Patronis quid pro legitima debeatur.*
16 *In ſucceſſione prior cauſa filiorum, quam parentum.*
17 *Conſideratio dictæ Nou. 18. c. 1.*
18 *Conſideratio Nouell. 39. c. 1. & Nou. 92.*
19 *Ecquid legitima aſcendentium, ſeu parentum titulo inſtitutionis debeat relinqui.*
20 *Et quid in legitima fratrum.*
21 *Quod non mutatur, ſtare non prohibetur.*
22 *Quod iuris in legitima per ſtatutum aucta.*
23 *An tota legitima titulo inſtitutionis ſit relinquenda.*
24 *Vtrum legitima ſatis inſtitutionis titulo cenſeatur relicta, cum teſtator eam certam, vel quantitatem ſimpliciter reliquit.*
25 *Quid ſi teſtator dicat, relinquo filiæ meæ centum pro dote, remiſſiue.*
26 *Et quid, ſi teſtator iuſſerit, ad conſilium ſapientis teſtamentum extendi, remiſſiue.*

ADDITIONES.

a Titulo honorabili inſtitutionis.] Vide octo caſus, quibus alio quam inſtitutionis titulo legitima filio relinqui poteſt apud Caſſan. in conſuet. Burg. de ſucceſſ. rubr. 7. §. 4. num. 7. & ſeqq. viginti autem accumulat Vaſq. Authen nouiſſima, C. de inoffic. numer. 259. *Gouean.*

QVÆST. XXXVIII.

Dixi etiam, ꝙ inſtitutio debet eſſe iuſta: non enim ſufficit in teſtō aliquem eſſe inſtitutum ad hoc, vt teſtamentum ipſum valeat: ſed requiritur, quod ſi quis de iure eſt inſtituendus, inſtituatur: alias teſtamentum eſt nullum. Et Vt poſui exemplum in filio, qui de iuris neceſſitate debet inſtitui, vel exhæredari, & ideo ſi ſit præteritus, teſtamentum eſt nullum, vt dixi infra quæſtione 42. in principio, & eſt communis concluſio, vt dicit Curt. iun. in Authen. ex cauſa, nu. 52. C. de lib. præter. Et aduerte, quia de iure nouiſſimo, ad hoc, vt filius non dicatur præteritus, non ſufficit, quod de eo in teſtamento ſit facta mentio, etiamſi pater ei aliquid re linquat, quod ſit plus quam legitima illi debita: ſed requiri-
a *tur, quod ſit ei relictū titulo honorabili* a *inſtitutionis. Text.*
1 *eſt in §. aliud quoque capitulum, in Authent. vt cum de appellat. cognoſc. Et licet gloſſ. in l. ſcimus, §. cum autem, in uerbo, Celebrari. C. de inoff. teſt. tenuerit, quod ſufficiat ſi filius ſit honoratus per viam fideicommiſſi; tamen contrarium tenent comm. DD. Et illam gloſſ. eſſe comm. reprobatam, atteſtatur Alex. in l. inter cetera, in princ. num. 2. in fin. ff. de lib. & poſth. & ſic facienda eſt concluſio, quod omnino ad*

hoc

b *hoc, vt teſtamentum* b *valeat, requiritur, quod filio relinquatur legitima titulo inſtitutionis; alias teſtamentum eſſet nullum, & ſic filius ſuccederet patri ab inteſtato. Et ita tenent omnes indifferenter, vt dicit Iaſ. in Authent. nouiſſima. num. 13. Cod. de inoff. teſtam. Hanc etiam concluſionem dicit eſſe communem Alexand. in dict. leg. inter cetera in princip. poſt num. 2. verſ. ſed ſuſtinendo, Picus in repet. l. in quartam, poſt numer. 50. verſ. Quarta eſt concluſio. ff. ad Trebel. Bert. conſ. 19. col. 1. lib. 3. in 2. parte, conſ. 65. nu. 1. eod. vol. & conſil. 133. poſt num. 1. eod. vol.*
c *Neque credas,* c *quod hæc diſpoſitio iuris in fauorem filiorum ſit prorſus inutilis. Nam ſi filius fuerit in re certa etiam minima inſtitutus; proculdubio ſi cohęres vniuer-*
d *ſalis repudiauerit, tota* d *hæreditas accreſcet ipſi filio inſtituto in re certa. Quod tamen ſecus eſſet: ſi non titulo inſtitutionis, ſed titulo legati, aut fideicommiſſi, vel alio particulari titulo aliquid ei relictum fuiſſet, vt dixi ſupra §. inſtitutio. Item eſt vtilis, quia inſtitutus capit propria auctoritate, non autem legatarius. Item, quia hæres ſcriptus poteſt intentare remedium l. fin. C. de edict. diui Adri. tollen. & petere, ſe mitti in poſſeſſionem, non autem legatarius, &c.*
Et hæc quidem concluſio de plano procedit de iure nouiſſimo, per text. in dict. §. aliud quoque, & ita loquuntur DD.
e *per me ſupra allegati. Sed quid*
2 *de iure Digeſtorum? Reſpon. quod etiam de iure Digeſtorum legitima erat filio relinquenda, titulo inſtitutionis. Et hæc eſt communis opin. vt dicit Gul. de Bened. in 1. par. repet. cap. Raynutius. fol. 184. num. 15. Iac. de Nigris in rep. Rub. ff. de leg. 1. poſt num. 17. verſ. vltra alios. De iure autem Codicis eſt expeditum, quod ſufficiebat filium honorari quocunque relicti titulo. Text. eſt expreßus in l. omnimodo. C. de inoff. teſtam. & in hoc nemo dubitat. Sed quidquid ſit, poſtquam habemus certam diſpoſitionem iuris nouiſſimi, fruſtratorium eſt in huiuſmodi quæſtionibus tempus conterere.*

b *Vt teſtamentum valeat, requiritur, quod filio relinquatur*
1 *legitima titulo inſtitutionis.*] Obiter hic addendum: quòd † legitima nihil ſit aliud, quam congrua portio eius, quod ab inteſtato quis, iure legitimæ ſucceſſionis, habiturus fuiſſet, l. Papinianus, 8. §. ſi quis mortis. 6. ff. de inoffic. teſtam. l. parentibus. 8. & l. quæ nuper. 31. C. eod. l. 2. C. de inofficioſ. donationibus: Ideo inducta, vt per eam querela inofficioſi tollatur, & teſtamenti impugnatio euitetur. Bald. conſ. 69. nu. 1. lib. 1. Donell. lib. 19. comment. de iur. ciu. c. 4. verſ. ſed hoc intellecto, &c. Dominicus Card. Tuſchus tom. 5 pract. concl. litter. L concluſ. 181. num. 1. & ſeqq. Roſenthal. de feud. c. 7. concluſ. 13. num 3. tom. 1. Matthias Berlichius concluſionum practicabilium part. 3. concluſ. 11. num. 1.
2 Etſi † vero non deſunt, qui opinantur, iure nouiſſimo legitimam non ſolum inſtitutionis, ſed etiam legati, donationis, fideicommiſſi, & alio quocunque titulo relinqui poſſe; Bernhard. Vvalther. libro primo miſcellan. capit nono. Ioan. Vaudus libro primo variar. quæſt. q. quinta Forcatul. Necyomant. dial. 35. Cuiac. in ſuis not. ad § vltim. Inſtitut. de inofficioſo teſtamento. Anto. Faber. parte prima de erroribus. pragmat. decad. 14. error. 6. Arumæus Exercit. Iuſtin. 10. th. 18. Eguin. Baro. in §. ſed hæc ita. 3. Inſtit. de inoff. teſtament. Treutler. diſpu. ſelect. 13. th. 12. lit. A. vol. 1. contraria tamen ſentētia vti receptiſſima, ita & ueriſſima iudicatur: eamque præter Clarum noſtrū, & ab eo recitato, ſequuntur Viglius, Faber, Balduinus, Vulteius, Giphanius, Schilbochk, Schneidevvinus, & alij in §. vltim. Inſtit. de inoffic. teſtam. Sichardus, num. 7. & Gilkenius, num. 27. in Auth nouiſſima. C. eod. Cuar. in c. Raynutius. 16. §. 1. num. 1. de teſtament. Corafius in l. filium. 24. num. 82. C. famil. erciſc. Duaren. ad tit. ff. de inoffic. teſtament. c. 17. circa finem. Menochius lib. 2. de arbitr. Iud. quæſt. cent. 2. caſ. 149. num. 29. Forſter. lib. 2. diſput. 13. th. 23 Fachineus lib. 4. controuerſ. iur. c. 24. & 30. Hœnon. diſput. 9. controuer. 13. Graſſus lib. 1. receptar. ſentent §. legitima. q 32. & § teſtamentum, qu. 35. num. 3. & ſeq. Thadeus Piſo lib. 2. variar. reſolut. c. 8. nu. 1. Dominic. Cardinal. Tuſchus d. tom. 5. practicar. concluſ. litera L. concluſ. 198. Roland. Paſſager. in tract. de teſtam. & vltim. volunt. rubr. 27. nu. 22. & plures alij, quos nouiſſime refert, probatq; Berlichius dict par. 3. concluſ 15. num. 8. Fundamentum huius communis ſententiæ ſolidum extat in Nouell. 115. c. 3. in princip. vbi expreſſiſſime dicitur, quod filij vel nominatim exhæredari, vel hæredes inſtitui debeant: nec ſufficiat, ſi per donationem, legatum, fideicommiſſum, vel alium quemlibet titulum eis legitima relinquatur.
3 Non † obſtat huic textus in Nouell. 18. c. 1. in med. verſ. ſed quod contigerit. vbi itidem verbis diſertis diſponitur, quod legitima non tantum inſtitutionis, ſed legati etiam, fideicommiſſi, & alio quouis titulo relinqui poſſit. Nam (repudiatis aliorum diuerſis conciliationibus) recte reſpondetur: hanc Nouell. 18. cap. 1. vtpote priorem, ac antiquiorem, eſſe correctam per dictam Nouell. 115. cap. 3. tanquam recentiorem, & poſteriorem: ita vt hodie legitima nullo, niſi inſtitutionis titulo relinqui queat. Quod autem d Nouell. 18. cap. 1. ſit prior, & antiquior, quam d. Nouell. 115. cap. 3. ex vtriuſque fine ad oculum patet. Siquidem d. Nouell. 18. capit. 1. eſt promulgata Anno Chriſti 536. at d. Nouell. 115. cap. 2. eſt ſancita ſiue promulgata Anno 541. vt ibidem in fine ſublit. C. Gothofredus notat. Et ſic Nouella 115. quinquennio poſt dictam Nouell. 18. publicata eſt. Nec mouet, quod regeritur à diſſentientibus: in d. Nouell. 115. cap. 3. nullam correctionis fieri mentionem, ſed additionis dumtaxat: & veriſimile non eſſe, quod Iuſtinianus Imp. in eodem authenticorum libro conſtitutiones ſeipſas corrigétes inſerere voluerit. Quandoquidem non nouum, aut inſolitum in iure noſtro eſt, vt vna lex, vel conſtitutio per aliam corrigatur; cum tamen in illa nominatim correctionis mentio non fiat: ſed ſufficit, ſi tacite & cum effectu in ea comprehendatur: quemadmodum eleganter oſtendit Berlichius d. part. 3. concluſ. 15. nu. 8. Et huc quoque pertinent, quæ à nobis tradita ſunt ad §. vlti. Inſtitut. de inofficioſ. teſtament. num. 4. & ſeqq. *Harprec.*

c *Neque credas, &c.*] Tamen in re certa inſtitutus, & de reſtituendo grauatus Trebellian. non deducit, Crauet. conſ. 186 & feudum, ſiue emphyteuſis pro hæredibus accepta non pertinet ad filium hæredem ſingularem, Couar. lib. 7. var. reſol. c. 18. nu. 5. Clar. § feu qu. 86. & § emphyt. quæſt. 16 & 38. Rol. conſ. 23. nu. 44. & 53. vol. 1. Burſ. conſ 92. nu. 25. & ſeq. ideoque fit vt tota inter inſtitutionem ſingularem, & generalem differentia intercedat. *Gouean.*

d *Tota hæreditas accreſcet ipſi filio inſtituto in re certa.*] Ra-
4 tio, cur liberis † præciſe legitima inſtitutionis titulo relinqui debeat, nō tantū illa eſt: quod fiat in fauorem filiorum: cum titulus inſtitutionis ſit honorabilior titulo legati, donati, & ſimili, vtpote per quem teſtator inſtitutum hæredem in locum ſuum ſubſtituat, vt ipſum quaſi repræſentet, argum. l. filum. 5. §. ſed & ſi portio. 6. in fin. ff. de legat. præſtand. l. Iulianus. 26 in fine principij. ff. ſi quis omiſſa cauſ. teſtamenti, &c. ſed & magis fundamentalis hæc perhibetur: quid liberis legitima titulo inſtitutionis ſit relinquenda propter ius accreſcendi. Quia ſi filius cū alijs eſt cohæres in ſua legitima inſtitutus. tunc ſi alij cohæredes repudiant, uel aliter hæredes eſſe non poſſunt, filio accreſcit. l. liber homo. 59 §. cum qui ex inſtitutis. 3. ff. de hæredib. inſtituend. Secus ſi titulo legati, aut fideicommiſſi, uel ſimili legitima relicta eſſet: quoniam tunc hæredib. uel repudiantibus, uel. non adeuntibus, filio, uel alij legatario nihil accreſcit. l. eam, quā, 14. C. de fideicomm. Atq; hanc rationem, ultra Clarum noſtrū. tradunt amplectunturq; Bart. in d. Nouell. 18. in princ. num. 4. ſub fin. Roland. Paſſager. d. tract. de teſt. & ultim. uolunt. rub. 17. nu. 22. Iaſon in d. auth. nouiſs. nu. 13. C. de inoffic. teſt. Couar. in d c. Raynutius. 16. extr. de teſtam. §. 1. num. 2. alij, quos refert, & ſequitur Berlichius d. concluſ. 15. num. 10. *Harprec.*

5 e *Sed quid de iure Digeſtorum.*] Non † ſolum iure Codicis;

ſed

ſed & iure Digeſtorum, legitimam quocunque titulo relinqui poſſe, liquido conſtat ex lege Papinianus. 8.§. ſi quis mortis.6. de inofficioſ. teſtam. l.etiamſi ius. 3. §. ſi debita.15. ff. de bonis libertor.l.omnimodo.30. l. ſi quis ſuo. 33.& l. ſcimus.36. poſt princip. verſ. quærebatur itaque, ſi quis rem donatam, &c. C. de inoffic.teſtam. Quamquam, poſt Clarum hic, aliter ſentire videatur Thadeus Piſo lib. 2. var. reſolu.c.8.nu.1.verſ.quid quidem ius,&c. & cæteri, per hunc relati. *Harpr.*

f *Sed quid dicendum de iure canonico.*] Quod
6 etiamſi † de iure canonico neceſſe ſit, vt legitima titulo inſtitutionis relinquatur, præter Clarũ hic, & alios ab eo allegatos, tenent Didacus Couar. in d. cap. Raynutius. 16. de teſtam.§.1. nu.10. & ſeq. Fernand. Vaſquius de ſucceſſ.creat.§. 20.num.234. Piſo d.lib.2.c.8.nu.1.verſ. quinimò etiã de iure Canonico, &c. Graſſus d.§. teſtam.q.35.nu.6. Viglius ad §. vltim. Inſtit. de inofficioſ. teſtam. num.3. poſt princ verſ. idque iure etiã pontificio. Salic in l.vltim. C. famil.erciſc. nu.4. hoſque citans Berlichius d. part.3. concluſ.15. nu.13.

7 Nec † obſtat textus in d. c.Raynutius 16.poſt princip.verſ.domum,& quendam hortum in eodem teſtamento relinquens, & verſ. ſeq.ext.de teſtam.ex quo euinci poſſe videtur, ſatis eſſe, ſi liberis legitima titulo legati,donati,ſimiliue relinquatur. Nam (omiſſis aliorum ſolutionibus) non male reſpondetur, quod in iſto cap. nihil diſponatur; ſed ſolummodo tenor, & ordinatio teſtamenti recitetur. Atqui tralatitium eſt, quod ex recitatione litterarum, vel alterius tenoris, nulla certa iuris diſpoſitio colligi poſſit; præſertim, ſi ea ad correctionem alterius iuris tendat. Berlich.d.concluſ.15.num.14. *Harprec.*

8 g *Sed quid in teſtamento inter liberos.*] Etſi † interpretes nõ pauci exiſtimant; concluſionẽ prędictã, qua hodie legitima ſolo inſtitutionis titulo relinquenda eſt, nõ procedere in teſtamento inter ſolos liberos cõfecto, Accurſ.in d.auth.nouiſſima.in verb. titulo. ibique Iaſon nu.16.C. de inoffic. teſtam. & Azo inibi in ſua ſumma. Iacob.Butrigar.& Anto.de Butrio in d.cap.Raynutius 16. de teſtam. ibiq; Hoſtienſ. in ſumma. Maſuerius in ſua praxi.tit. de ſucceſſ. & vltim.volunt.Ruin. conſ.37.nu.6.lib.1. Coraſius in d.l.filium.24.nu.82.C.famil.erciſc.Alex. conſ.168. num.6. lib.5. Mattheſil. ſingul.140. num.1. & ſeq. Stephanus Bertrand conſ.187.nu.1.& ſeqq.vol.4.Ioan.Papon. in tract.de arreſt.lib.20.tit.de teſtam.ſent.7. Nicol. Boer.deciſ.267. nu.1. & ſeq. Contrariam tamen ſententiam quod videlicet etiam in teſtamento inter liberos ſolos, nulla extranea perſona adiuncta, condito, legitima titulo inſtitutionis relinquẽda veniat, amplectuntur (vltra Doctores, ſupra ad quæſt.8.num.5.memoratos) Petrus Gilkenius in d.auth. nouiſſima. num.35. C. de inoffic. teſtam. Fachin.lib.4.controuerſ.iur.cap.24. Herman. Vulteius ad princ. Inſtit. de exhæredat. liber.num.16. Vaſquius in tract. de ſucceſſ.creat.lib.2.§.20.part.4.nu.228.eoſque referens Berlichius d.concluſ.15.num.20.Huiuſque ſententiæ fundamentũ ſatis firmũ petitur ex textu ineuitabili in d. Nouell.115. cap.3.

Hæc etiam concluſio de plano procedit ſecundum ius ciuile: eſt enim de hoc text. expreſſus in d.§. aliud quoque, & ita communiter teneri atteſtatur Imol. in d. cap. Raynutius poſt num.51. verſ. Sed quidquid, & in hoc modita eſt controuerſia inter Doctores Sed
f *quid f dicendum de Iure Canonico? nunquid etiam illo iure*
3 *neceſſe eſt, vt legitima filio relinquatur, titulo inſtitutionis? Reſpon. in hoc variæ fuerunt opin. inter DD. Nam Hoſtien. in c. Raynutius. tenuit, quod de iure canonico ſufficeret legitimam relinqui quocunque titulo: & hãc opin. dicit eſſe communem Alex. in d.l. inter cetera. in princ. num. 6. quem refert Politus in repet. l. filium quem habentem. nu. 145. in fin. C. fam. herciſc. & Ruin. conſil.11. num. 2. lib.2. Contrariam autem opin. ſcilicet, quod imò etiam de iure canonico requiratur, quod legitima filio relinquatur titulo inſtitutionis, tenuerunt gloſſ. in d.c. Raynutius. in verb. Relinquens, & in cap.ſi pater. in verb. Inſtituit.de teſtam. in 6. quas dicit eſſe communiter approbatas idem Alex. ſibi ipſi contrarius conſ.70.num.6. lib. 2. Hanc etiam opin. dicit communiter teneri Imol. in d. cap. Raynutius. poſt num.51. verſ. Sed dubium, & illam dicit eſſe communem Iaſ. in d. Auth. nouiſſima. nu. 31. & in Rubr. ff. de ſolut. matr. poſt num.32. Boer.dec.267. nu.1. Berous in d.c. Raynutius. nu.38. & ſeq. Ioan. Dilect. de arte teſtandi, tit.3. caut.1. poſt num.1. Probus in Apoſtil. ad Ioan. Mon. in c.ſi pater. num.25. de teſta. in 6. Ex quo enim hoc de iure ciuili eſt deciſum, non eſt inducenda diſcrepantia inter ius canonicum, & ciuile, vbi expreſſe id cautum in iure non reperitur. Et licet forte contraria opin. magis conueniat æquitati iuris canonici; tamen propter auctoritatem DD. tenentium hanc ſecundam opin. non eſſet ab ea conſulendo, aut iudicando recedendum.*

4 g *Sed quid g in teſtamento inter liberos, nunquid erit etiam neceſſarium, vt filij ſint honorati titulo inſtitutionis? dixi ſupra, q.8. verſ. Sed pone.*

5 h *Item, quid h in teſtamento condito ad pias cauſas? dixi ſupra, quæſtione ſexta verſ. Sexto infertur.*

vbi generaliter deciditur à Iuſtiniano, filios eſſe inſtituendos, vel ex iuſtis cauſis exhæredandos, & ſic à parentibus honorabili inſtitutionis titulo ad hæreditatem vocandos. Cum ergo Imperator de teſtamento à parentibus inter liberos facto aperte loquatur, nulliuſque extranei mentionem faciat, & nihilominus iſthanc obſeruationem ſiue ſolemnitatem requirat: perſpicuum fit, omnem dubitationem vlteriorem inanem, & ſuperuacaneam eſſe. Accedit textus elegans in Nouell.107.ca.1.vbi clare, & quidem iterato dicitur, quod pater ſuos filios hęredes inſtituere, vel inſtitutionis titulo ijs aliquid relinquere debeat.

9 Huic † deciſioni non aduerſatur l.hac conſultiſſima.21.§.ex imperfecto.1.C.de teſtament. ex qua euincitur, quod pater, qui inter liberos teſtatur, omnes iuris ciuilis ſolemnitates negligere poſſit: & conſequenter legitimam liberis titulo inſtitutionis relinquere nõ teneatur. Lex namque illa de hiſce ſolemnitatibus eſt intelligenda, quæ ſpecialiter in fauorem liberorum non ſunt inductę, ſed quę iuris ſunt communis. Aſt vbi ſolemnitas ſpeciali liberorum fauore introducta eſt: eam ne quidem in teſtamento inter liberos præteriri poſſe, veriſſimum eſt. Quod enim ſolemnitates iuris ciuilis in eiuſmodi teſtamento ſunt relaxatę; id factum eſt ob merum liberorum fauorem: vt proinde in illorum odium retorqueri non debeat, argum. l.nulla,25.ff.de legib.l.quod fauore, 6. C.eod. cap. ob gratiam. 61.de regul.iur. in 6. Quare cum ad honorem & exiſtimatione liberorum maxime pertineat, vt legitimam titulo inſtitutionis ex patris teſtamento conſequantur: non eſt credendum, dictam l.21.§.1.C.de teſt. inſtitutionis ſolemnitatem à teſtamento inter liberos ſuſtuliſſe. Eaque de re vide copioſius diſſertantem Thadeum Piſonem lib.2. variar.reſolut. cap.8.num.2. *Harprec.*

h *Quid in teſtamento conditio ad pias cauſas.*] Quanquam †
10 in teſtamento ad pias cauſas confecto non requiri Clarus noſter ſupra ad quæſtio.6. numer.8. alij communiter opinantur, quod legitima liberis titulo inſtitutionis relinquatur, Iaſon in dict. Authen. nouiſſima num.19. & ſeq. C. de inofficioſ. teſtament. Bertrand.dict.conſil.187. nu.2.uolum.4. Piſo dict.cap.8. numer.7. ubi plures citat. contrarium tamen longe probabilis uidetur, per textum capit.1. de teſtament.in 6.ubi pater in teſtamento pauperes Chriſti hæredes inſtituit, & ſic ad pias cauſas fecit teſtamentum; & nihilominus tamen ibi in principio dicitur, quod filiam in recerta hæredem fecit, atque ita legitimam titulo inſtitutionis reliquit. Deinde quia ſupra num.4. dictum eſt, quod hæc ſolemnitas ſit in fauorem, honorem & utilitatem filiorum introducta. Atqui fauore piæ cauſæ non debet derogari iuri liberorum, authent. ſi qua mulier. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. l. ſi quis presbyter. 20. & authen. nunc autem. ſeq. Cod. de epiſc. & cleric. Et ita in terminis tradunt Salicet.in l.1. Cod.de ſacroſanct.Eccleſ. numer.17. Baldus ibidem numero 140. & ſeqq. hoſque referens Berlichius

11 lichius d.concluſ.15.num.24. Non obſtat, quod † in hoc teſtamento ad pias cauſas ſolemnitates iuris ciuilis ceſſent: illud autem, quod aliquid relinquatur filijs titulo inſtitutionis, ſit meta ſolemnitas à iure ciuili introducta. Bart. in d.l.1. num. 62.& ſeqq. C.de SS. Eccleſ. & notat Clarus noſter ſupra. d.quæſt.6. num.8. Quia iſtud obtinet tantum in ſuperſtitioſis, & vanis iuris ſolemnitatibus quæ in teſtamentis ad pias cauſas non attenduntur; ſecus in ijs, quæ ſuperſtitioſæ non ſunt, ſed in fauorem, & commodum filiorum inductæ. Hanc autem ſolemnitatem, vt legitima titulo inſtitutionis relinquatur, non eſſe ſuperſtitioſam, aut vanam, ſed admodum vtilem, & lucroſam, apparet ex ijs, quæ allata ſunt ſupra num. 4. Et ita docet Berlichius d. concl. 15.num.21. & 24. *Harprec.*

i *Quid in eo, qui teſtatur uolens ingredi religio-*
12 *nem.*] Quod † pater volens ingredi religionem, ſi faciat teſtamentum, non teneatur relinquere legitimam filijs titulo inſtitutionis; ſed ſufficiat, quod relinquat quocunque titulo, poſt Clarum noſtrum, & ab eo citatos, tradit Thadæus Piſo d.lib. 2.var.reſol.c.8.num.8. *Harprec.*

K *Titulo inſtitutionis.*] Obiter pone, Filia in contractu matrimonij promiſit renunciare omnibus bonis paternis, & maternis conſummato matrimonio, quæ tamen non renunciauit. Et tandem pater in teſtamento certam ſummam eidem reliquit iure inſtitutionis. An d. filia mortuis patre, & matre poſſit agere ad ſupplementum legitimæ? quod ſic, vide per Boer. deciſ. 3. qui etiam num. 16. tenet, conuentionem factam inter patrem filiæ, & eiuſdem filiæ maritum de ipſa, poſtquam eandem ad domum mariti duxerit, renunciare faciendo hæreditati paternæ, nullam eſſe, poſtquam prius haud renunciauerit, neque ipſi marito quicquam obeſſe. Item an filia inſtituta vltra legitimam ſuam, & dotem matris, & prohibita plus petere dictante ſic ſtatuto, intelligatur excluſa à dote materna in quantitate non in ſpecie debita? vide per Bald. in leg. liberti libertæque, colum. penult. Cod. de ope. lib. vbi & quid ſi dubitatur, dummodo non ſit prohibita plus petere. *Giach.*

l *Quod iure hodierno.*] Vtrum filio legitimam non eſſe ſufficienter relictam an hæredi ſufficienter relictam fuiſſe probandum ſit, vide Burſ.conſ.93.num.18. *Gouean.*

Quod iure hodierno ita eſt aucta legitima aſcendentium, vt le-
13 *gitima deſcendentium.*] Vtrum † ſicuti legitima in liberorum perſona eſt aucta (vt nimirum ſi quinque vel plures ſint liberi, detur ſemis hæreditatis, id eſt, dimidia pars eius, quod ab inteſtato fuerant habituri: ſin pauciores, præſtetur triens, hoc eſt, tertia pars eius, quod ab inteſtato accepturi eſſent. dict. Authent. nouiſſima. ibique gloſſ. Iaſon, Sichard. & alij. Cod. de inoffic. teſtament. d.Nouell.18.cap.1.) ita & legitima, parentibus à liberis debita, aucta intelligatur, non vſque adeo expeditum eſt; Sed affirmatiue (quicquid contra diſputent Ioannes Vaudus libro primo quæſt.50. Claud. Bartandier. in tractat.de legit.cap. 4. num.31.& alij) veriſſima cenſetur. Primo enim in dict. Nouell. 18. capit. 1.in fin. Iuſtinianus generaliter ait, ſe augere portionem debitam in his omnibus, qui ea non relicta, de inofficioſo teſtamento queri olim potuerunt. Atqui parentibus quadrantis nomine (ſiquidem quoad ſemiſſem, fruſtra quæritur; cum tot parentes habere quis nequeat) olim inofficioſi querelam non fuiſſe denegatam palam eſt. leg. 1.l. pater. 14. & l.ſeq. ff. de inofficioſo teſtament. §. 1. Inſtitut. eodem. Deinde huic confert, quod in prædicta Nouell. 115. capit. 5. idem Iuſtinianus ſuæ ſanctionis hanc rationem reddit: quia, inquit, ſola eſt noſtræ ſerenitatis intentio, à parentibus, & liberis iniuriam prẹteritionis & exhæredationis auferre. Præterea ſtatutum
14 † ſiue diſpoſitum in vno correlatiuorum, diſpoſitum quoque putatur in altero. leg. fin. Cod. de indict. viduit. tollend. l. 1. Cod.de cupreſſis. Cum autem parentes, & liberi ſint correlatiua: ſequitur, quod in liberis ſtatutum eſt, idem in parentibus conſtitutum eſſe. Ad
15 hæc † patronis debetur triens pro legitima. §. ſed noſtra. 3. Inſtitut. de ſucceſſ.libertor. Ergo parentibus quoque: præſertim cum eorum petitio æquior, quam patronorum, videatur. leg. nam etſi. 15.ff. de inoffic.teſtamen.
16 Denique licet † in ſucceſſione prior ſit cauſa filiorum, quam parentum: attamen non minus pie parentibus, quam liberis relinquitur dict. l. 15. in princip. ff. eodem. Atque ita ſentiunt Accurſius, Bartolus, Baldus, Caſtrenſius, Salicetus, Iaſon, Fulgoſſus, Sichardus, Marc. Antonius Cucchus, eoſque referens Gilkenius numero 21. in dict. Authent. nouiſſima. Cod. dict. titul. Petrus Antonius de Petra, de fideicommiſſ. cap. 15. numero 75. Crauetta conſilio 110. numero 3. Vaſquius de ſucceſſ. creat. libro ſecundo §. 20. numero 182 Arumæus Exercit. Iuſtin. 10 the.26. Angel. Mattheacius in tract. de legat. & fideicommiſſ. libro quarto, capit. 8. numero 9. Michael Graſſus libro primo, receptar. ſentent. §. legitima, quæſtione 9. & Hœnonius diſputatio 9. controuerſiarum 15.

17 Nec huic † refragatur ſententiæ, quod titulus, ſiue inſcriptio dictæ Nou.18.c.1.de filiorum, & nepotum ſucceſſione ſit conceptus; de parentibus vero nihil omnino adijciat. Nam Iuſtinianus in d.cap.1.principaliter quidem ſibi de liberorum legitima tractare propoſuit: ſed tamen in fine iſtius cap. id, quod de liberis conſtituit; ad omnes generaliter, & indiſtincte perſonas, quæ olim habuerunt querelam inofficioſi, adeoque etiam ad parentes, extendit.

18 Nihil † item obſiſtit Nouell.39.cap.1.in princip. & Nouell. 92. in princip. vbi liberis duntaxat legitimam eſſe ſeruandam, eamque auctam eſſe, non etiam parentum, deciditur. Etenim nihil inibi habetur, ex quo colligi queat, non parentum, ſed filiorum tantum legitimam portionem eſſe auctam. Quin potius, cum Imperator in principio dictæ Nouell. 92. ſeſe referat ad d. Nouell. 18. exinde perſpicitur, quod & in illa Nou. 92. (vt & in d. Nouell. 39. c.1.) ipſe non neget, portionem legitimam in parentum quoque perſona auctam eſſe; idque explicuimus paulo latius in §.vltim. Inſtitut. de inoffic. teſt.num.19. & ſeq. *Harprec.*

m *Nunquid etiam huiuſmodi legitima aſcendentium erit*
19 *pariter relinquenda titulo inſtitutionis.*] Quod † legitima aſcendentium, ſeu parentum etiam titulo inſtitutionis relinqui debeat, probatur primo per textum expreſſum in prædicta Nouell. 115.c. 4. vbi eadem in teſtamentis liberorum procedunt, quæ

6 *Item quæro, quid in eo, i qui*
i *teſtatur volens ingredi religionem, nunquid etiam in eius teſtamento requiritur titulus inſtitutionis ad hoc, vt teſtamentum ipſum valeat? Reſp. Aut quæris, an requiratur, quod aliquid relinquat titulo inſtitutionis monaſterio, in quod ingredi vult, & vide, quæ dixi ſupra q.28. verſ. vt vero. Aut quæris, an requiratur, quod aliquid relinquat filijs titulo inſtitutionis; & dico, quod non; ſed ſufficit, quod relinquat quocunque titulo, & filij nihilominus habebunt ſuam legitimam. Ita tenent Bart. in Authent. ſi qua mulier, nu.7. & ſeq. C. de SS. Eccleſ. & eſt communis opin. vt dicit Claud. in d.l. inter cetera, num. 12. & ſeq. Nam teſtamentum eius, qui vult ingredi religionem, non ſubiacet diſpoſitioni iuris communis, vt dixi in alleg. q.82. verſic. In primo, & verſ. Sed nunquid.*

Sed quid in filia femina, nunquid etiam in illa locum habebit concluſio, vt ſcilicet de ne-
6 *ceſſitate etiam illi ſit relinquẽ*
K *da legitima titulo K inſtitutionis? Reſpond. quod ſic, & de hoc non eſt dubitandum, poſtquam à lege ſublata eſt in ſucceſſionibus differentia ſexus. l. maximum vitium. C. de lib. præterit. Ideo eius præteritione pariter vitiatur teſtamentum, ſicut præteritione filij maſculi, vt dixi infra q.42. verſ. Item quæro.*

8 *Sed quæro, tu ſcis, l quod*
l *iure hodierno ita eſt aucta legitima aſcendentium, vt legitima deſcendentium, vt dixi ſupra hoc eod. lib. §. legitima.*

m *Nunquid etiam m huiuſmodi legitima aſcendentium erit pariter relinquenda titulo inſtitutionis, ſicut legitima deſcendentium? Reſpond. Bart. in d. Auth. nouiſſima. n.4. C. de inoff. teſtament. tenuit, quod non. Sed contrarium tenent omnes Doctores ſcilicet, quod imo ſit*